

## EXPECTATIO PART. B. V. M.

## 1) Festum.

Benedictus XIII. benigne concessit, ut in toto Statu eccles. ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, die 18. Decb. festum Expectat. part. B. V. M. cum Off. et Missa sub ritu dupl. maj. celebrari debeat. S. R. C. die 23. Aug. 1725; 15. Sept. 1736.

## 2) Hymnus.

Cf.: *Ave Maris stella*.

Ad Primam, si Officium fiat de B. M., dicendum est: *qui natus es de Virgine* tam in hymnis quam per horas; si vero fiat de feria, per horas dicendum est: *qui venturus es in mundum*, et in hymnis: *Virtus, honor, laus, gloria*. n. 1555 ad 6 die 21. Apr. 1646.

Vd. *infra decr.* n. 3295.

Ad dubium: Utrum hymni Festivitat. Expectationis B. V. tam Matutini quam reliquarum horarum sint terminandi sub Versiculo consueto B. V., vel sub proprio de Adventu, cum festivitas sit de expectatione? S. C. respondit et declaravit ut *infra*: Sub vers: *Jesu tibi sit Gloria etc.* tam ad Matutinum quam ad reliquas horas, hymno vesperarum excepto, scilicet *Ave Maris Stella*, qui habet versum proprium. Ad Resp. Primae vero dicendus est versus: *qui natus es de Maria V.*, prout in festo conceptionis, quod pariter occurrit tempore Adventus. n. 2344 ad 1 et 2 die 19. Sept. 1665.

Ad idem dubium resp. S. C.: Servetur rubrica: n. 4049 ad 7 die 23. Junii 1736; n. 4056 ad 7 die 16. Febr. 1737.

Hymnos tam in Matutino quam in omnibus horis canonicis in Expectatione partus B. V. M. sub ritu dupl.

celebrari solita in Hispaniis, esse terminandos cum Versiculo: *Virtus, laus et gloria*, non autem: *Jesu tibi etc., qui natus etc.*; et in R. Primae dicendum esse: *qui venturus es in Mundum*; non autem: *qui natus es de Virg.* n. 2506 ad 1 et 2 die 21. Junii 1670; n. 4039 ad 4 die 26. Novb. 1735.

In Officio expectationis partus B. V. M. in Hispaniis celebrando die 18. Decb. dicuntur hymni de tempore Adventi in vesp. quam in Matut. et Laud. Quaeritur: An hymni praedicti debeant terminari: *Jesu tibi sit etc.*, an cum terminatione posita in iisdem hymnis? S. C. resp.: Si Off. sit de B. V. M. dicendum esse: *Qui natus es etc.* ad vers. ad primam, et: *Jesu tibi etc.* in hymnis. Si vero fiat de feria, per horas dicendum esse: *Qui venturus es etc.* ad vers., et in hymnis: *Virtus, honor etc.* n. 3295 ad 4 die 13. Sept. 1692.

Vd. *supra decr.* n. 1555.

Ad dubium: Utrum in festo Expectat. Partus B. V. M. hymni debeant terminari: *Jesu tibi sit etc.* vel: *Virtus, honor etc.*? S. C. resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. n. 4080 ad 6 die 29. Novb. 1738.

Ad dubium: Die 18. Decb. in Festo Expectationis Partus Beatae Mariae Virginis finis est hymnorum: — *Virtus honor, laus, gloria etc.* — an, ut legitur in Breviariis Lodi et Antuerpiae impressis, excipiendus est Hymnus Matutini — *Verbum supernum prodiens*? S. C. resp.: „Negative“ die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 13.

## 3) Vesperae.

Occurrentes cum translato festo Patrocinii B. V. M., Vd.: *Vesp. dimid.* (decr. n. 4393.)

## EXPOSITIO SSMI. SACRAMENTI.

## 1) Adorantes.

Vd.: *Instructio Clem.* §. IX. n. 1. etc., n. 12 etc., n. 16 etc.; §. X. n. 2; §. XXVII. 1 etc. *Expositio SSmi.* (habitus ministr. etc.); *Sedes et scamna Laicor. coram SSmo.* (*Instructio Clem.* §. XXVII. n. 3 etc.)

Ad dubium: Utrum servari queat inducta consuetudo, ex qua, dum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae venerationi expositum est, continuo duo Clerici Superpelliceo induti, Diaconi autem et Sacerdotes etiam Stolum albam habentes, ut in Coena Domini, flexis genibus intra Presbyterium assistunt, quisque per horae spatium? S. C. resp.:

„Affirmative juxta Instructionem Clementis Papae XI. die 1. Sept. 1736“ n. 4714 ad 2 die 17. Aug. 1833.

## 2) Adorationis Ordo et Perpetuitas.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXIII. n. 1.

## 3) Altare.

## a) Expositionis.

Ad dubium: An infra Octavam SSmi. Corp. Chr. expositio SSmi. Sacramenti fieri debeat in Altari, in quo asseratur SSimum Sacramentum, vel alibi fieri possit?

S. eadem C. rescribendum censuit:

„Affirmative ad primam partem juxta laudabilem consuetudinem“.

Atque ita S. C. rescribendum et declarandum censuit. n. 5176 ad 6 die 25. Sept. 1852.

## b) Ornatus.

Vd.: *Instructio Clem.* §. 3 n. 1. 2. §. XXXVI. n. 2 etc. (Cf.: *Altare*, quando SS. Sacram. est expos.); *Expositio SSmi. pro Defunctis.*

## 4) Apparatus.

*Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 2. etc.

## 5) Aspectus.

Vd.: *Instructio Clem.* §. V. n. 6; §. XXXVI. n. 9 etc.

## 6) Causa et Licentia.

Vd.: *Novena Nativ. D.*; *Instructio Clem.* §. XXXII. n. 2. §. XXXVI. n. 1 etc., 3 etc., 5 etc., 8 etc., 10 etc. *Expositio SSmi. quadraginta horar.* (licentia).

Non licet sine licentia Episcopi ex levi causa publice exponere SS. Sacramentum. n. 691 die 12. Junii 1627.

Non licet Regularibus exponere SS. Sacramentum absque licentia Ordinarii. n. 729 die 26. Febr. 1628; n. 1788 die 8. Apr. 1656; n. 1794 die 8. Apr. 1656; n. 2592 die 16. Julii 1672 cum appendice: „removendam esse aemulationem Regularium circa expositiones et processiones cum SSmo. in civitate Posnaniensi minuentem ejusdem SSmi. decentiam, cum saepissime una eodem die simul in 4, 5 et 6 Ecclesiis expositiones et processiones peragantur; ita ut vix aliquot personae assistentes in Ecclesia reperiantur“.

Jesuitas petere debere ab Episcopo, qui permittat pro ultima Dominica Carnis Privilegium exponendi SS. Sacramenti. Quo vero ad processiones per loca publica nec ipsis nec aliis licere. n. 819 die 20. Junii 1629.

Neque Regularibus neque Confraternitatibus Laicorum quovis praetextu licere exponere SS. Sacramentum absque speciali licentia proprii Ordinarii. n. 953 die 3. Apr. 1632; n. 1533 die 29. Mart. 1645; n. 1812 die 3. Jan. 1657; n. 2162 die 1. Apr. 1662; n. 2626 die 6. Maji 1673; n. 2652 ad 5 die 12. Aug. 1673; n. 2958 ad 1 die 7. Junii 1681; n. 2978 die 28. Febr. 1682; n. 3662 die 22. Sept. 1703; n. 3670 ad 27 die 12. Jan. 1704.

Regulares non possunt publice exponere SS. Sacramentum absque licentia Ordinariorum. n. 1021 die 21. Julii 1635; n. 1061 ad 1 die 12. Junii 1638; n. 1120 die 5. Febr. 1639. Et contrafacientes censuris coercendos. n. 1158 die 23. Mart. 1639.

Nulla modo convenire nec posse per Regulares publice exponi SS. Sacramentum sine expressa Licentia Ordinarii. n. 1124 die 28. Apr. 1640; n. 1228 die 28. Apr. 1640; n. 3843 ad 3 die 21. Novb. 1711.

Non licere Confraternitatibus Laicorum exponere SS. Sacramentum, et esse prohibendum. n. 1245 die 17. Julii 1640.

Non licere Regularibus etiam in eorum propriis Ecclesiis SS. Sacramentum palam adorandum exponere, nisi ex causa publica, quae probata sit ab Ordinario; ex causa vero privata licere, dummodo non extrahatur e tabernaculo et maneat velatum, ita ut ipsa sacra hostia videri non possit. n. 1392 die 31. Maji 1642.

Idem decret. emanatum est a S. C. Ep. 10. Decb. 1602; et 17. Aug. 1630.

Confraternitatem SS. Trinitatis de Basignena Dioecesis. Papien. continuare usum qualibet 3. Dom. mensis exponendi SS. Sacramentum cum sola licentia Ordinarii etiam renuente et contradicente parochi. n. 2880 die 18. Mart. 1679.

Confraternitates vigore cujuscunque aggregationis non posse exponere SS. Sacramentum sine Licentia Ordinarii. n. 1413 die 13. Sept. 1642.

Confratribus Societatis Misericordiae in Oratorio sine licentia Episcopi non licet exponere SS. Sacramentum. n. 1927 die 7. Sept. 1658; n. 2162 die 1. Apr. 1662; n. 4012 ad 10 die 13. Sept. 1732.

Episcopus Confraternitatibus permittere debet expositionem SS. Sa-

cramenti juxta solitum, nisi quid relevans adsit in contrarium. S. C. Ep. 16. Mart. 1649.

Non possunt Confraternitates exponere SS. Sacramentum in sua Cappella de licentia et consensu Parochi, in cujus Ecclesia erectae sunt, sed potius requiritur licentia Ordinarii. S. C. C. 5. Aug. 1789.

Dioecesis et Civitatis Toletanae Clero tam saeculari, quam regulari, Monialibus atque Confratribus SS. Sacramenti publice exponere nisi cum speciali Ordinarii licentia non licere et inobedientes poenis et censuris coercendos esse. n. 1591 die 18. Decb. 1647.

Quando in die Solemnitatis Corp. Chr. in Metropolitana seu Matrice Ecclesia solemniter SS. Sacramentum expositum detinetur, non licere Regularibus exponere SS. Sacramentum sine licentia Ordinarii. n. 1764 ad 1 die 7. Aug. 1655.

Rector Ecclesiae paroch. petit declarari: non posse Regulares quoscunque exponere SS. Sacramentum in eorum Ecclesiis, nisi de licentia Parochi, intra cujus Parochiae limites sita est regularis Ecclesia. S. C. resp.: Regularibus licentiam Episcopi satis esse. n. 1824 die 9. Junii 1657.

Non licere sine licentia Ordinarii in Ecclesia Monialium exponere Ven. SS. Sacramentum. n. 2162 die 1. Apr. 1662. Idem decret. emanatum est a S. C. Conc. 16. Mart. 1743.

Clerus s. Annuntiatae terrae Quardiae quoad expositionem SS. Sacramenti. n. 2216 die 28. Aprilis 1663.

Expositionem SS. Sacramenti in Ecclesiis Regularium civitatis Ragusae . . . esse faciendam et regulandam arbitrio Archiepiscopi tam quoad causas exponendi quam etiam locum, horas et assistentiam ad illius securitatem et decentiam. n. 2358 die 13. Febr. 1666; n. 2480 die 16. Febr. 1669.

*Ad dubium:* Si publica causa et magna devotio fuerit semel vel pluribus vicibus approbata, debeat quolibet anno, recurrente anniversario, iterum ab Ordinario approbari, si petatur? S. C. resp.: Non posse sine licentia Ordinarii (exponi SS. Sacramentum.) n. 2958 ad 2 die 7. Junii 1681.

Rector Hospitalis generalis Majoricen non potest exponere SS. Sacramentum sine licentia Episcopi et potest Episcopus in casu contraventionis procedere ad censuras et alia juris remedia, quibuscunque privilegiis non obstantibus, dummodo intra quindecim dies, postquam in ipsius manus pervenerit hujusmodi decretum, non fuerit ex parte Rectorum deductum ullum privilegium, quo expresse et absque aequivoco, illis a sede ap. concedatur facultas exponendi SS. Sacramentum absque licentia Ordinarii. n. 3254 ad 1 et 2 die 24. Novb. 1691.

Cum in civitate Pisaur. inoleverit mos exponendi in quolibet die festivo SS. Sacramentum in omnibus tam Saecularium quam Regular. Ecclesiis, eo dumtaxat temporis spatio, quo Fidelibus Benedictio impertitur, unde fit, ut nec ipsis ad commodam tanti Sacramenti venerationem exponatur et ex tam multiplici et perfunctorio benedictionum numero oriatur facile confusio et devotio tepescat. S. C. resp.: Esse comittendum ut talem in posterum pro sua (Episcopi) prudentia in expositione SS. Sacramenti praescribat formam, ut omnibus abusibus prospiciatur, dummodo praedictas benedictiones de nocte fieri expresse prohibeat. n. 3284 die 2. Aug. 1692.

PP. Minores Convent. Montis novi non possunt sine licentia Ordinarii exponere SS. Sacramentum, et obtenta hac licentia cum clausula: „accedente consensu parochi“ tenentur requirere consensum et non sufficit ad effectum praedictum consensus *petitus, licet*

Doctrina authentica.

*non obtentus*, nam parochus potest ex justa causa illum denegare. n. 3722 ad 4—6 die 9. Maji 1705.

Ordinarius, concedendo licentiam exponendi SS. Sacramentum, non potest ad libitum conditionem apponere requirendi consensum parochi. n. 4222 die 4. Sept. 1751.

*Ad dubium:* An petita et non obtenta licentia dicta habeatur pro concessa? S. C. C. resp.: Negative 13. Apr. 1726.

*Ad dubium:* An liceat Capellano s. Francisci Mordani exponere SS. Sacramentum absque consensu Archipresbyteri (parochi) sive eodem irrequisito? S. C. resp.: Arbitrio Ordinarii et servetur decretum Synodale. n. 3812 ad 4 die 13. Julii 1709; n. 3832 ad 6 die 22. Novb. 1710; n. 3835 ad 2 die 9. Mart. 1711.

Prior . . . Congregationis s. Philippi N. Placent. potest in Oratorio facere expositionem SS. Sacramenti. de licentia Episcopi. n. 3864 ad 1 die 10. Mart. 1714.

Praeter consuetas usuque receptas SS. Sacramenti expositiones, extraordinariae quoque in Ecclesiis exemptis fieri non possunt sine licentia Ordinarii. n. 4578 ad 4 die 3. Apr. 1821.

*Ad dubium:* An in Provincia Tridentina, quae ab Imperatore Leopoldo I. inter Provincias Germaniae adnumerata est, ab Alumnis Ordinis Minorum S. Francisci Reformatum absque Ordinarii licentia praeter consuetas usuque receptas SS. Sacramenti expositiones fieri possint extraordinariae, quae in illis Provinciis ex inveterata consuetudine introductae sunt?

Emi. itaque ac Rmi. P. . . . rescribendum censuerunt:

„Negative“.

Atque ita rescripserunt ac servandum esse mandaverunt. n. 4777 ad 7 die 12. Martii 1836.

## 7) Pro Defunctis.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 2.; *Benedictio SS. Sacramenti* (In Commemorat. Omn. fid. def.)

Nemini licet sine speciali indulto infra Octavam Omn. SS. exponere SSmum. pro animabus Purgatorii. n. 3372 die 8. Oct. 1695.

S. Congregationem valde improbare consuetudinem in Florentinam civitatem inveciam, ut ex fide dignis testimoniis compertum est, SS. Sacramentum publice exponendi occasione exequiarum *privatae* alicujus personae, sive eae peragantur in die obitus vel depositionis sive in Anniversariis aut aliis quibuslibet diebus, quam consuetudinem S. C. declarat abusum et ad eam tollendam curas omnes, ac exploratum erga S. rituum decorem Amplitudinis (Episcopi) Tuae studium ex oblata occasione excitare non omittit. — Haec epistola data fuit ad Antistitem Florentinum. n. 4490 die 13. Mart. 1804.

Vd.: *Altare*, (ornatus, quando SSmum. etc., duo decreta, quae habent n. 4477. 4490.)

## FLORENTIN.

Quum in Ecclesia S. Mariae a Jesu nuncupata in Oppido vulgo San Casciano in Val di Pesa intra fines Archidioecesis Florent. ubi erecta reperitur Sodalitas Suffragii, dum pro defunctis in genere SSmum. Eucharistiae Sacramentum publicae Fidelium venerationi exponitur, ante benedictionem et *Tantum ergo* recitatur Antiphona: *Exultabunt* cum Psalmo *Miserere*, et in fine *Requiem aeternam*, et Oratio *Fidelium Deus*, vel *Deus veniae largitor*: quumque hujusmodi praxis ab aliquibus non adprobetur, immo etiam contradicatur, Sacerdos Jo. B. Borboni, nomine etiam memoratae Sodalitatis, S. R. C. humillime rogavit, ut quatenus ipsa praxis reapse sit inter-

dicta, ipsam tamen confirmare dignaretur, aut tolerare saltem in memorata Ecclesia; nam Sodalitas ipsa in id potissimum intendit, ut piis exercitiis levamen obvieniatur animabus, quae piacularibus addictae flammis in purgatorio cremantur.

Et S. eadem C. ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, perpendens de Anno 1828 XVII. Kal. Jan. in una Volaterrana ad Dub. V. sancitam fuisse hanc ipsam praxim seu consuetudinem, quatenus revera existat, tolerandam esse, referente subscripto Secretario, respondendum censuit: „Servetur Decretum in Volaterran. diei 16. Decb. 1828 ad Dub. V. die 18. Febr. 1843 n. 4958.

*Ad dubium*: An in expos. SSm. pro defunctis dicendo psalmum *De Profundis*, sive *Miserere*, liceat in fine dicere: *Requi. aeternam etc.*, *A porta inferi etc.* pro oratione defuncti sive defunctorum, sicuti in multis locis faciunt? S. C. resp.: Tolerandam consuetudinem, si adsit. n. 4645 ad 5 die 17. Decb. 1828.

## MONTIS POLITIANI.

Dum Rmus. Ep. Montis Politiani ingenue exposuit in sua Dioec. consuetudinem vigere exponendi SSmum. Eucharistiae Sacramentum pro hoc vel illo defuncto quotannis, vel quibusdam diebus loco Officiorum *de Requie*, insimul declaravit difficile admodum esse hanc ipsam consuetudinem impedire, siquidem quatenus venia denegetur, Fideles neque expositionem SSm. Sacramenti faciunt neque Officia *de Requie*. Verum quum expositio ista Decretis non sit consentanea, hujus S. Apost. S. oraculum requisivit Rmus. idem Ep.; cujus humillimae preces quum a SSm. D. N. Pio IX. P. M. transmissae fuerint ad S. R. C., haec

in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die coadunata, audita Secretarii infrascripti fideli relatione, respondendum censuit:

„Pro gratia speciali, non obstantibus Decretis, Ep. pro suo arbitrio et prudentia juxta particulares casus et circumstantias indulgeat“ n. 5130 die 22. Julii 1848.

## 8) In Ecclesia non paroch.

*Ad dubium*: An in Ecclesiis non parochialibus Venerabile palam exponi et asservari possit? S. C. respondendo plurimum de prudentia Ordinarii confisa ejusdem arbitrio indulgendum dimisit. n. 2017 ad 3 die 22. Novb. 1659.

## 9) Coram Episcopo.

In expositione SSm. impositionem thuris pertinere ad Episcopum, quatenus assistat saltem cappa indutus; sin minus ad Canonicum hebdomadarium Pluviali indutum facientem functionem. n. 3642 ad 1 die 31. Martii 1703.

Et ministrari debet navicula et cochlear non a Magistro Caeremoniarum sed a digniore Canonico non Dignitate, quando accedit Episcopus cum cappa. *Ibid* ad 2.

Vd.: *SS. Sacram.* (exp. in Pontifical.)

## 10) Exponens.

Vd.: *SS. Sacrament.* (genuff.); *Diaconus*; *Instructio Clem.* §. IX. n. 2 etc.; §. XVIII. n. 2—6. *Pluviale* (in expos. etc.)

Exponere SSmum. in Ecclesia propria semper spectare ad digniorem. n. 1668 ad 2 die 10. Maji 1653.

## SORANA.

Quum Rmus. Episcopus Soran. Aquinaten. et Pontis Curvi S. R. C. humillime rogavit, ut declarare digna-

retur: num Canonicus Officium faciens in expositione SSm. Sacramenti diebus infra Octavam Corporis Christi, et in repositione post Completorium in Choro, item in expositione in Novendialibus, et similibus, uti possit Amictu, Stola et Pluviali supra Rocchettum, vel potius uti debeat Amictu, Alba, Stola et Pluviali?

S. eadem C. in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata ad relationem infrascripti Prosecretarii respondendum censuit:

„Assumendum esse Pluviale vel super Rocchetto et Cotta, vel cum Rocchetto et Alba. n. 5179 die 25. Sept. 1852.

*Ad dubium*: An recipienda doctrina, quod ad deponendum SSmum. a suo throno eminentiori parentur in Sacristia Sacerdotes tres, unus amictu, alba, stola et pluviali, alii vero duo assistentes pluvialibus tantum super cottas, quorum dignior assistens deponat Ostensorium (notetur quin utatur stola) quia est pluviali indutus? S. C. resp.: duos assistentes sumere debere dalmaticam et tunicellam vel alium sacerdotem cum cotta et stola ponere et deponere debere Ostensorium cum SSm. n. 4421 ad 1 die 17. Sept. 1785.

## 11) In fer. V. usque ad fer. VI. Parasceve.

*Ad dubium*: An toleranda sit consuetudo quorundam, qui contra, quod praescribit Missale, exponunt *patenter* hostiam consecratam conservandam a fer. V. usque ad ipsius consumptionem fer. VI. in Parasceve? S. C. resp.: Servandam omnino rubricam missalis. n. 3710 ad 7 die 14. Febr. 1705.

## 12) In festis Sanctorum.

Vd.: *Instructio Clem.* §. III. n. 8—10.

## 13) Frequentia.

Vd.: *Expositio SSmi.* (causa et licentia, decr. n. 2592); *Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 4 etc. *SS. Sacr.* (expos)

SS. Eucharistia non est singulis diebus exponenda super altari sed in quibusdam tantum Solemnitatibus. S. R. C. 4. Mart. 1606.

## 14) Habit. ministr. vigilantium.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VII. n. 2. 3; §. IX. n. 1 etc.; §. XXVII. n. 1 etc.; *Expos. SSmi.* (adorantes).

## 15) Ingressus populi.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VI. n. 13—15.  
Vd.: *Laici* (quomodo etc.)

## 16) Licentia.

Vd.: *Expositio SSmi.* (causa et licentia).

## 17) Lumina.

## a) Numerus.

Vd.: *Benedictio cum SSmo.*

Episcopus ipse potest ordinare, ut accendantur duo lumina, quotiescunque expositum fuerit SS. Sacramentum pro communione Fidelium. n. 777 ad 1 die 20. Novb. 1628.

In expositione SSmi. luminum quantitatem facientis expositionem remittendam et in altari super candelabris ad minus sex candelas accensas esse retinendas. n. 3464 die 15. Mart. 1698.

*Instructio Clem.* §. VI. XIX. n. 3; §. XXXVI. n. 24. *Expos. SSmi.* (publ. et priv.) *Pyxis* (expos.)

## b) Pondus.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VI. n. 3.

## c) Situs.

Vd.: *Instructio Clem.* §. V. n. 6; §. VI. n. 1. 4. 5. 12.

*Ad dubium*: An liceat in expositione SSmi. lumen aliquod eo arti-

ficio collocare a parte postica Sphaerae ut recta illuceat in ipsam ss. hostiam, quae exinde lucida appareat? S. C. resp.: Negative et servetur Instr. Clem. §. VI. n. 4578 ad 5 die 3. Apr. 1821.

## 18) Missa.

Vd.: *Missa pro expos. et repos. SSmi.*

## 19) Modus (exponendi) vetus et recens.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 9 etc.

*Ad dubium*: An toleranda sit consuetudo quorundam, qui contra quod praescribitur in missali, exponunt *patenter* hostiam consecratam conservandam a fer. V. in Coena D. usque ad ipsius sumptionem in fer. VI. in Parasceve? S. C. resp.: Servandam omnino rubricam missalis. Die 14. Febr. 1705 in una Ord. Capucc. ad 7.

## 20) In Nocte.

Non probari utpote extra communem, quod in nocte Nativ. D. publice exponatur SSmum. n. 4421 ad 4 die 17. Sept. 1785.

*Ad dubium*: An reprobanda ac proinde eliminanda sit consuetudo, Feria VI. in Parasceve de sero in Ecclesia et ad proprium Altare cum luminaribus iterum collocandi SSmum. Eucharistiae Sacramentum?

Emi. itaque ac Rmi. P. . . rescribendum censuerunt:

„Abusum esse eliminandum“.

Atque ita rescripserunt ac servandum esse mandarunt. n. 4777 ad 4 die 12. Martii 1836.

## 21) Infra Oct. SS. Corp. Chr.

Posse Regulares *infra hebdomadam* ss. Corp. Chr. inter Missarum solemniam et ad Vesperas SS. Sacramentum publice exponere absque licentia Ordinarii. n. 1321 die 20. Apr. 1641.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 2. 4 etc.; *Fest. SS. Corp. Chr.* (exp.)

## 22) Paramenta.

## a) Color.

Cf.: *Altare*; *Vexillum*; *Exponens. Instructio Clem.* §. XVIII. n. 2—6; *Repositio SSmi.* (modus); *Color param. in missa* (mixtus; decr. n. 4707) *Expos. SSmi.* (publica etc.)

Nunquam nigro colore utendum in expositione et repositione Sacramenti. n. 2864 ad 9 die 9. Julii 1678.

*Ad dubium*: Qui color paramentorum Ministrorum adhibendus sit, quando exponitur vel reponitur SS. Sacramentum occasione Orationis 40 horarum vel etiam pro infirmis et pro defunctis? S. C. resp.: colorem adhibendum esse, qui praescribitur per rubricas. n. 1570 ad 2 die 17. Novb. 1646.

*Ad dubium*: An in fer. 2. 3. et 4. majoris hebdomadae, quando exponitur SS. Sacramentum, uti debeant presbyteri indumentis albis seu violaceis? S. C. resp.: *Servari rubricas.* n. 1644 die 3. Aug. 1652.

In actu benedictionis cum SSmo., quando illud exponitur in suffragium fidelium def., utantur sacerdotes stola et pluviali coloris albi et non nigri. n. 2957 die 7. Junii 1681.

Non licere Confraternitati Suffragii in Cathedrali Antwerp. exponere SSmum. cum apparatis nigris pro facienda processione neque licere similem expositionem facere in Missa et Officio def. cum apparatu nigri coloris. n. 3075 ad 1 et 2 die 10. Febr. 1685.

In Expos. SS. Sacram. pro defunctis adhibeatur stola et pluviale coloris albi et non nigri. S. R. C. 7. Junii 1681.

*Ad dubium*: Utrum liceat uti colore flavo vel caeruleo in Sacrificio missae et expos. SSmi.? S. C. resp.: Negative 16. Mart. 1833.

## b) Quae?

Vd.: *Pluviale in process. SSmi.* (decr. n. 3575).

## 23) In Parasceve.

Vd.: *Expos. SSmi. in nocte.*

## 24) Publica et privata.

Vd.: *Instructio Clem.* §. IV. n. 5; §. IX. n. 2; §. XXXVI. n. 2 etc., 10 etc.; *Pyxis* (expositio SSmi. in pyxide); *Exposit. SSmi. privat. potest fieri sine Ordinarii licentia.* vd.: *Instr. Clem.* §. XXXVI. n. 10. 20. *Expos. SSmi.* (causa etc. decr. n. 1392).

Expositio SS. Sacramenti facienda non est nisi ob causam publicam et gravem; et pro personis particularibus infirmis aut afflictis etc., quae in sui auxilium publicas preces ante SSmum. exoptant, non exponatur detectum sed Ostiolo tabernaculi aperto aut ad summum in pyxide velata cum numero convenienti luminum et assistentia Sacerdotum. Et ita Ordinarii fieri curabunt nedum in Ecclesiis saecularibus sed etiam regul. S. C. Ep. 1. Sept. 1598.

Si quodcumque priv. ex causa SS. Eucharistia exponenda videbitur, a tabernaculo nunquam extrahatur sed in pyxide velata in aperto ejusdem tabernaculi ostiolo cum assistentia aliqujus Sacerdotis stola et superpelliceo induli et cum sex saltem luminibus cereis collocetur. S. C. Ep. 9. Decb. 1602.

## 25) In Pyxide.

Vd.: *Expositio SSmi. sollemnis etc.*; *Pyxis.*

## 26) Quadraginta horarum.

a) In Commemor. Omn. fidel. def.

*Ad dubium*: 1. An in Ecclesiis, in quibus expositum manet SSmum. Eucharistiae Sacramentum Fidelium adorationi, in turno perpetuae orationis,

quae dicitur quadraginta horarum, occurrente die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, liceat recitare Officium defunctorum et celebrare Missam solemnem et etiam Missas privatas itidem defunctorum?

2. Et quatenus affirmative: an adhiberi debeant paramenta coloris violacei potius quam coloris nigri?

3. Et an in eodem casu excipiendum sit Altare, in quo habetur expositum SSmum. Sacramentum?

Et S. eadem C. rescribendum censuit, ut infra:

Ad 1. „Affirmative“.

Ad 2. „Arbitrio superioris localis“.

Ad 3. „Affirmative“.

Et ita declaravit die 16. Septemb. 1801. n. 4477.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XVII. n. 9—16.

#### b) Licentia.

Expositionem SSm. propter orationem 40 hh. esse de licentia Episcopi. n. 899 die 8. Febr. 1631.

Prima Dignitas Cathedralis non potest indicare orationem 40 hh. et exponere SSmum. absque licentia Episcopi. n. 1510 die 4. Junii 1644.

In Ecclesia Confratern. Mortis Perusinae, sita intra limites parochiae s. Severi, potest SSmum. exponi in forma 40 hh. sive alio modo sine interventia vel licentia parochi. n. 3911 ad 9 die 9. Julii 1718.

Idem decr. pro Confrater. s. Mariae Perusinae. n. 3928 ad 2 et 3 die 13. Maji 1719.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXVI. n. 1 etc.

#### c) Missa.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XII. n. 1 etc. *Missa coram et de SSm.*

#### d) Modus.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XIX. n. 19 etc.

#### e) Origo.

Vd.: *Instruct. Clem.* (Operis ratio).

#### f) Perennitas.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. XXIX.; §. XXXIII. n. 3 etc.; *Commemoratio SSm. in miss. et fest.* (quando fit? decr. n. 4782 nota); *Expositio SSm.* (Adorationis Ordo etc.)

#### g) Tempus.

Vd.: *Credo; Comm. SSm.; Oratio 40 hh; Expos. SSm.* (tempus)

Non licere in Orationibus 40 horarum *reponere* Augustissimum Sacramentum tempore noctis et contrariam consuetudinem esse abolendam. n. 1922 die 7. Sept. 1658.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXIII. n. 1 etc.

#### h) Translatio.

*Ad dubium:* An Canonici Cathedr. Conimbricen. possint ac teneantur in fer. IV. Cinerum transferre processionem quandam et alias commemorationes pro defunctis, ad quas ex legato tenentur, ut expos. 40 hh. facere possint, seu potius expositionem in aliam diem transferre possint, ut mentem Testatoris adimpleant? S. C. resp.: Negative quoad primam partem, et quoad secundam, nempe expositionem SSm., esse transferendam in aliam diem commodiorem arbitrio Episcopi et amplius. n. 4233 ad 5 die 14. Apr. 1752.

27) In „Rorate“ (miss. vot. de B. V. M.) per Adventum.

LIMBURGEN.

Per omnem fere Germaniam jam ab antiquo invaluit consuetudo, ut sive ex foundationibus sive ex postulationibus fidelibus etiam in Ecclesiis, in quibus non nisi unicus Sacerdos celebrat, fere quotidie per Adventum can-

Atque ita rescribere. n. 5148 ad 3 die 7. Sept. 1850.

#### 2) Oleum.

##### a) Delatio ad Infirmos.

Cf.: *Viaticum; Stola* (in extrema unctione); *Olea s.* (asservatio); *Oleum Infirm.* (asservatio); *Episcopus aegrotus.*

Extremae unctionis oleum non esse deferendum solemniter ad infirmos cum superpelliceo ac lanternis. n. 289 die 28. Jan. 1606.

##### b) Quod utendum?

In Congreg. gener. habita coram S. R. Ecclesiae Cardinal. contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus propos. dubio: An in casu *necessitatis* parochus ad validitatem Sacramenti extr. unctionis uti possit oleo a se benedicto? iidem EE. decreverunt: *Negative*; ad formam decreti 19. Jan. 1611, quam resolutionem approb. SS. Gregor. P. XVI. 14. Sept. 1842.

##### c) Mixtum.

Vd.: *Benedictio Fontis* (Oleum).

*Ad dubium:* An praeter casum a Rituali Rom. praevisum titulo de Sacramento Extremae unctionis num. 3, in quo de S. Oleo adhibendo in hoc Sacramento haec habentur: „Id tamen si forte intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico alio benedicto in minori quantitate super infuso reparari potest“, liceat umquam S. Oleis Feria V. in Coena D. benedictis aliam olei non benedicti quantitatem addere? An haec additio saltem fieri possit eadem Fer. V. in Coena D., adeo ut pars tantum Olei subiciatur benedictioni, et immediate misceatur cum Oleo non benedicto?

tetur missa, quae modo angelica modo aurea etiam appellatur, votiva nimirum B. V. M. de adventu, exposito simul per talem missam SSm. in monstrantia. Quaeritur propterea: An hujusmodi expositio ob consuetudinem gener. et populi in ejusmodi rebus tenacitatem ferri et continuari possit?

S. R. C. resp.: Attenta longaeva consuetudine tolerari in casu posse expositionem SSm., sed quoad missam vot. B. V. M. servandas est rubricas. Die 7. Maji 1857 ad III.

#### 28) Solemnis et minus sol.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. XXXVI. n. 2 etc.; *Expositio SSm. in pyxide; Pyxis; Expositio SSm.* (causa etc. decr. n. 1392).

#### 29) Tempus.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. IX. n. 15 etc.; §. X. n. 1. 2. (Cf.: *Horologium*); *Expositio SSm.* 40 hh. (tempus).

#### 30) Coram Tumulo Mortuorum.

Vd.: *Tumulus cor. exp. SSm.*

#### 31) Velamen ante Ecclesiam.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. 2.

#### 32) Velatio fenestrarum.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. VI. n. 16.

### EXTREMA UNCTIO.

#### 1) Monialium.

*Ad dubium:* An dum ministratur Sacramentum Extremae unctionis possint Sanctimonialia Ord. s. Clarae dicere tantum primum ex septem Psalmis Poenitentialibus, dum Sacerdos unctiones peragit?

Emi. et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt:

„Posse urgente praesertim necessitate“.